



Per.
Lat
020

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tízszer egy
évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

Nicolaus Izsó.

(1831—1875.)

Artium¹ ingenuarum¹ cultus ineunte saeculo priore in patria ad istum perfectionis² gradum nondum pervenit, qui dignus sit commemoratione. Certe multae gravissimaeque sunt causae, cur artium opera plane nostris illa aetate aliena et ignota fuerint, quorum tamen specimina et exempla magna ubique nationes Europae ad occasum habitantes delectatione³ quam maxima tenebant³ easque alliciebant,⁴ ut artes liberales ipsae quoque foventes pro virili parte eas exercerent.

Aliquam multi praeterierunt anni, cum tandem artifices⁵ pingendi⁵ sculptoresque⁶ Hungarici animos populi novitate operum suorum ad se convertere potuerunt. Inter eos autem, qui has artes ad absolutionem perfectionemque adduxerunt, merito laudatur Nicolaus Izsó, sculptor suae aetatis celeberrimus.

Loco humili, in oppidulo Disznóshorváti (in comitatu Borsod) anno MDCCCXXXI. natus adolescens operam⁷ suam apud opificem⁸ quendam lapidarium⁸ locavit,⁷ mox Vindobonae et Monaci⁹ arti et statuas et simulacra fingendi totum se dedit. Mo-

naco misit anno MDCCCLXII. Budapestinum, in patriam statuam, cuius imaginem his paginis inseruimus. «*Opilio maerens*»¹⁰ (hoc enim nomen operi suo dedit) brevi notissimus ubique in patria factus est eoque artifex sempiternam laudem ac gloriam sibi peperit. Statua Budapestini, in Artium Liberalium Museo est posita oviumque pastorem, pileatum,¹¹ e fumisugio¹² fumum ducentem baculoque incumbentem et ita cogitationibus defixum repraesentat. Quid tamen figuram opilionis gentis nostrae tam propriam¹³ veramque¹³ reddat: vestis et lineamenta oris, an robur corporis omnisque membrorum figura, haud facile dixeris. Argutias¹⁴ operis artifex in minimis quoque rebus accuratissime custodivit, ita tamen, ut eas nimia¹⁵ arte¹⁵ elaboravisse¹⁵ non videatur.

Alia eius opera sunt: statuae Ioannis Arany, Gabrielis Egressy, Iosephi Eötvös etc., quibus tamen clariorem laudem nacta

1 szépművészetek 2 tökéletesség 3 gyönyörködtet
4 készített 5 festőművész 6 szobrász 7 szolgálatba szegődik 8 kőfaragó 9 München 10 «Búsuló juhász»
11 süvegesen 12 pipa 13 ízig-vérig sajátossá 14 kidolgozás 15 túlságosan kicikornyáz.

sunt opuscula¹⁶ eius argillacea.¹⁶ His artifex rusticos, se ad numerum moventes, circulatores¹⁷ et mulierculas, fruges arborum demetentes imitando expressit. Idem



erat primus, qui artem¹⁸ fingendi¹⁸ Hungaricam renovavit novamque viam monstravit, quae ad ipsam rationis¹⁹ plasticae¹⁹ contemplationem¹⁹ perspicuitatemque¹⁹ ferret.

¹⁶ terrakotta ¹⁷ cigány ¹⁸ szobrászat ¹⁹ közvetlen szemléletű plasztika.

Suum cuique...

Idibus Maiis huius anni expletus est annus quadragesimus, ex quo Leo XIII. Pontifex¹ Romanus litteras² encyclicas² «*Rerum novarum*» ad omnes gentes populosque terrarum emisit. Cuius rei memoriam omnes catholici sollemniter ubique celebrabant et tanti magistri doctrinam de re sociali et oeconomica³ summis laudibus efferebant. His litteris enim rerum¹ Christianarum¹ Arbiter¹ eas rationes explicavit, quarum ope quaestiones sociales moribus Christianis solvi possunt.

Litterarum Leonianarum principia,⁴ tot annis ante declarata, ne nunc quidem obsoleverunt,⁵ quodque olim Christus dixit: «*Misereor super turbam*», os Leonis Pontificis iterum resonuit.

Quaestionum⁶ quae dicuntur mercenarium⁶ origo et causae, cur scilicet status⁷ et conditio⁷ opificum⁸ cum tempore in peius mutata essent, certe multis variisque efficebantur causis, quae sunt: 1. nova industriae⁹ incrementa⁹ novaeque¹⁰ producendi¹⁰ rationes,¹⁰ 2. mutatae dominorum et opificum coniunctiones,¹¹ 3. divitiarum¹² in exiguo numero¹² affluentia,¹² in multitudine inopia, 4. opificum cum fiducia¹³ sui¹³ maior, tum inter se necessitudo¹⁴ coniunctor, praeterea versi¹⁵ in deteriora¹⁵ mores;¹⁵ quae omnia effecerunt, ut dimicationes inter dominos et opifices inevitabiles fierent.

Pontifex Maximus apostolici¹⁶ muneris¹⁶ conscientia¹⁶ monitus¹⁶ totam quaestionem in litteris encyclicis copiose tractat. De principiis disserit, quibus, uti veritas et aequitas postulant, rixae possunt dirimi. Ac primum quidem causas malorum explicat, tum viam salutis quaerit, remediisque¹⁷ consulit.

Litterae encyclicae *Rerum novarum* in quattuor partes dividuntur, quarum summam breviter hisce complectimur:

¹ pápa ² körlevél ³ gazdasági ⁴ alapelv ⁵ elavul ⁶ munkáskérdés ⁷ helyzet, állapot ⁸ munkás ⁹ az ipar fokozódott technikája ¹⁰ a termelés új módjai ¹¹ viszony ¹² a vagyon felhalmozódása egyesek között ¹³ önbizalom ¹⁴ szövetkezés ¹⁵ az erkölcsök súlydése ¹⁶ apostoli tisztének tudatában ¹⁷ orvoslás.

Ratio socialistarum, qui dominium¹⁸ privatum¹⁸ evertere student, plane repudianda est; minime est enim idonea ad meliorem reddendam conditionem opificum. Non est iusta erga singulos, qui hoc modo iure¹⁹ naturali¹⁹ possidendi¹⁹ privantur; non est iusta erga familias, quae sine bonorum²⁰ transmissione²⁰ servari nequeunt. Ita tantum discordiam, pigritiam miseriamque alit penitusque civitates miscet.²¹ Verum remedium ad tollendum malum religio Christiana affert viribus ecclesiae, civitatum et consociationum²² unitis. Ecclesia scilicet doctrinam, praecepta et instituta²³ praebet docetque varias esse inter homines naturā ipsā dissimilitudines.²⁴ Quia autem necessaria sit cooperatio²⁵ inter dominos et opifices, ecclesia et dominos et proletarios monet, ut officia²⁶ sua utrique praeceptis iustitiae et caritatis obligati observent,²⁶ his enim praeceptis etiam relationes²⁷ frater-
nas²⁷ inter utrosque quam maxime foveri posse arbitratur. Facultatem²⁸ medendi praebet ecclesia etiam institutis suis, quibus animos excolit et roborat societatesque²⁹ renovat; cum autem ne vitam³⁰ quidem corporalem³⁰ praesertim proletariorum negligat, providet³¹ iis indirecte et directe.

Pontifex magnae virtutis non miserat voces irritas.³² Utinam filii huiusce saeculi dicto eius audientes³³ sint et rationes Rerum novarum per omnes hominum ordines totiusque orbis terrarum plagas in dies latius diffundantur!

(Vác.)

Ludovicus Nyers Schol. P.


¹⁸ magántulajdon ¹⁹ a természetadta birtokjog ²⁰ a javak átörökítése ²¹ felforgat ²² munkásszervezet ²³ intézmény ²⁴ különbség ²⁵ együttműködés ²⁶ kötelességet teljesít ²⁷ testvéri viszony ²⁸ lehetőség ²⁹ társadalom ³⁰ földi élet ³¹ gondoskodik ³² hiába való ³³ engedelmes.



Aures asini.

(Ad fabulam Alexii Benedek.)

Iam omnia creavit Deus animalia et quaeque sua acceperunt nomina. «Numne tenetis nomina?» interrogavit ea denique Dominus. Annuentibusque¹ iis: «Bene est»,
¹ ígént mond.



Caulis¹ et avicula.²

Aliquando avicula in caulem volavit.

— Move³ me — inquit, — caulis.

— Non te movebo — respondet caulis; — satis iam te movi.

Avicula irata volat ad caprum⁴ et ita rogat:

— Caper, arrode⁵ caulem, quia me movere recusat.⁶

— Non arrodam — respondet caper; — satis iam rosi.⁷

Avicula volat ad lupum et ita rogat:

— Lupe, comede caprum, quia caulem arrodere, caulis me movere recusat.

— Non eum comedam — respondet lupus; — iam affatini⁸ caprorum edi.

Avicula volat in pagum⁹ et ita rogat:

— Page, confice¹⁰ telo¹⁰ lupum, quia caprum comedere, caper caulem arrodere, caulis me movere recusat.

— Non eum telo conficiam; satis iam luporum confeci.

Tum avicula volat ad ignem et ita rogat:

— Ignis, exure¹¹ pagum, quia lupum telo conficere, lupus caprum comedere, caper caulem arrodere, caulis me movere recusat.

— Non eum exuram — ait ignis; — satis ego iam exussi.

Avicula volat ad aquam et ita rogat:

¹ kóró ² kis madár ³ ringat ⁴ kecske ⁵ megrág ⁶ nem akar ⁷ rág ⁸ elég ⁹ falu ¹⁰ meglő ¹¹ feléget.

inquit, «nunc abite; cras iterum apparebitis, sciam, quis vestrum nomen suum oblitus sit.»

Die postero animalia conveniunt: omnes adsunt bestiae ac beluae, ferae ac cicures,² silvestres ac terrestres frequentes. Deus omnes deinceps³ perrogat, animalia ordine sese nominant: «Mihi nomen est equo, bovi, ... ego nominor leo, ursus» etc. Tantum asinus erat reliquus. «Qui tu vocare?»⁴ vertit se ad eum Dominus. Asinus huc et illuc cursitans tantum: «*ia, ia*» rudebat,⁵ quia prorsus⁶ nomen suum oblitus est.

Tum Dominus Omnipotens Gabrieli, angelo suo praecepit, ut asini aures vehementer quateret, interim autem usque eas personaret: «nomen mihi est a-si-no, a-si-no; nomen mihi est a-si-no!» ...

Dicto⁷ audiens⁷ angelus aselli auriculas statimprehendit, quassit, huc et illuc traxit, torsit, cum demum eas omisit, triplo⁸ longiores asini aures factae sunt.

Ex eo tempore est auritus⁹ asinus.

Zalaegerszeg.

Franciscus Barát
disc. cl. VI. gymn. r.

² szelíd ³ sorjában ⁴ = *vocaris* ⁵ ordít ⁶ teljesen, egészen ⁷ a parancsnak engedelmeskedik ⁸ háromszor ⁹ füles.

EXEMPLA CLARORUM VIRORUM

Cum rex Pyrrhus populo Romano bellum intulisset, per fuga ab eo venit in castra Fabricii consulis et: «Si pecuniam — inquit — mihi proposeris,¹ clam in Pyrrhi castra redibo eumque veneno necabo». Sed Fabricius eum remisit ad Pyrrhum. Factum eius a senatu laudatum est. Hanc animi² magnitudinem² admirans Pyrrhus exclamavit: «Ille est Fabricius, qui difficiliter ab honestate,³ quam sol a cursu suo averti⁴ potest».

Cicero.

Primo Punico bello M. Atilius Regulus consul a Poenis captus erat. De captivis commutandis⁵ Romam missus est, sed prius iuravit se Karthaginem rediturum esse, nisi impetrasset,⁶ ut captivi nobiles Poenis redderentur. Quid fecit? in senatum venit, mandata exposuit; deinde: «Non est — inquit — utile reddi captivos; illi enim sunt adolescentes et boni duces, ego iam senectute confectus⁷ sum». Valuit⁸ eius auctoritas, captivi retenti sunt, ipse rediit Karthaginem, ubi in crucem actus est.

Cicero.

¹ kilátásba helyez ² nagylelkűség ³ becsületesség ⁴ eltérít ⁵ kicserél ⁶ kieszközöl ⁷ elerőtlenedett ⁸ győzött.

— Aqua, exstingue¹² ignem, quia pagum exurere, pagus lupum telo conficere, lupus caprum comedere, caper caulem arrodere, caulis me movere recusat.

— Non eum exstinguam — ait aqua; — satis ego iam exstinxi.

Avicula volat ad bovem et ita rogat:

— Bos, exsorbe¹³ aquam, quia ignem exstinguere, ignis pagum exurere, pagus lupum telo conficere, lupus caprum comedere, caper caulem arrodere, caulis me movere recusat.

Respondet bos:

— Non exsorbebo, satis iam exsorbu.

Avicula volat ad iugum¹⁴ et ita rogat:

— Iugum, ure¹⁵ cervicem¹⁶ bovis, quia aquam exsorbere, aqua ignem exstinguere, ignis pagum exurere, pagus lupum telo conficere, lupus caprum comedere, caper caulem arrodere, caulis me movere recusat.

— Non uram — inquit iugum; — satis ego iam ussi.

Avicula volat ad teredinem¹⁷ et ita rogat:

— Teredo, corrode¹⁸ iugum, quia cervicem bovis urere, bos aquam exsorbere, aqua ignem exstinguere, ignis pagum exurere, pagus lupum telo conficere, lupus caprum comedere, caper caulem arrodere, caulis me movere recusat.

Teredo preces aviculae curavit.¹⁹ Teredo corrosit iugum, iugum ussit cervicem bovis, bos exsorbu it aquam, aqua exstinxit ignem, ignis exussit pagum, pagus telo confecit lupum, lupus comedit caprum, caper arrosit caulem, caulis movit atque etiam hodie movet aviculam.

Val. Fehér.

¹² kiolt ¹³ kiiszik ¹⁴ járom ¹⁵ feltör ¹⁶ nyak ¹⁷ szű ¹⁸ összerág ¹⁹ meghallgat.

Corona vitae. (3.)

Ad fabulam *Felicitis Nabor* Latine scripsit
Valentinus Fehér.

3. In sacris itineribus.

Marcus Fulvius in urbem rediit et postquam affatim¹ se praeparavit ad longa itinera, sexto die cum Rubina et sex servis in Ostiano portu navem conscendit.

In Graeciam profectus plurima templa pulcherrima vidit atque artificia, praeterea maximam paupertatem et inopiam, quae plurima flagitia pariebat. Sed de vivo deo nemo eum erudire poterat.

E Graecia profectus est in Aegyptum. Sed Aegyptii Romanis subiecti² iugo servitutis oppressi erant.³ In locum priscae religionis substitutus erat⁴ cultus Isidis, cum foedissimis⁵ flagitiis⁶ coniunctus.

Ibi tamen a quodam Iudaeo cognovit res gestas Iudaicae gentis illamque esse ab uno Deo vero electam illique promissum esse hominum Servatorem.⁷ Ibi legit sanctos Iudaeorum libros, praecipue Micheam prophetam, a quo scriptum erat: «Et tu, Bethlehem Ephrata, parvulus es in milibus Iuda; ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel».

Marcus Hierosolyma⁸ ire constituit. Ludibundus⁹ Tyrum pervenit. Prius terram et nationem cognoscere volebat, quam superiori se potestati subdere. Rebus, quas videbat, tristitia affectus est.

Illis diebus fama ferebatur de viro, qui beneficia¹⁰ largiens¹⁰ provinciam peragraret.¹¹ Mira de eo dicebantur: aquam in vinum convertisse, aegrotos sanavisse atque adeo¹² mortuos suscitavisse.¹³

— Aut peritus¹⁴ est medicus — cogitat secum Marcus — aut magus¹⁵ potentissimus.

Marcus maxime mirabatur illum prophetam non divitum et potentium esse studiosum,¹⁶ sed pauperes et aegrotos adminiculari;¹⁷ his illum tradere praecepta, quae nondum homines audissent: «Dilige Deum ante omnia; dilige proximum,¹⁸ sicut teipsum».

Subito Marcus aperte vidit significatum,¹⁹ d quod appetebat: amorem et misericordiam.

In eius pectore crescebat cupiditas illius prophetae videndi atque audiendi.

Sequebatur vestigia Magistri; abiit Capharnaum, Canam, Magdalam, Tiberiadem — ubique miras de illo res audivit.

Quodam die Capharnai convenit²⁰ Cornelium centurionem, qui tum Caesareae habitabat. Cornelius laetus sciscitatus est²¹ ex eo Pudentem et matrem eius Priscillam, suos cognatos, quorum domus Romae in via Patriciorum erat. Marcus optime noverat eos libenterque respondit ad interrogata Cornelii.


Deinde Cornelium valere iussit²² et una cum filia per Iudaeam iter Hierosolyma versus direxit, ut virum potentissimum coram in os²³ videret.

Diu iter faciebant. Quodam die, cum inter praerupta²⁴ graderentur, e virgultis²⁵ duo latrones in eos invecti sunt.²⁶ Marcus eis obstitit.²⁷ Quattuor servi cum Rubina avolarunt, duo apud eum manserunt. Latrones erant illi quidem robusti, sed male armati. Marcus gladium in pectus unius infixit; alter cum tres esse contra se videret, fugae se mandavit.²⁸

Marcus ictu fustis²⁹ tubera³⁰ acceperat, quibus cruciabatur, sed tamen iter continuabat.³¹ Ad extrema praerupta rursus in rupe³² latro apparuit et saxa in vallem iecit, quibus muli³³ perterriti celeriter fugere coeperunt. Interim Marcus percusso capite animo³⁴ defectus³⁴ in terram decidit. A servis sublatus aufertur.

In vallem delati³⁵ fontem inveniunt; Rubina aquā purā frontem patris exanimis³⁶ refrigerat³⁷ et labra³⁸ madefactat;³⁹ tum is oculis apertis mox adeo ad se rediit, ut iter continuare posset; tamen vulnera capitis sanguinem fundentia dolorem ei in gradiendo acerbissimum attulerunt.

¹ gazdagon ² alávetve ³ elnyom ⁴ helyébe tesz
⁵ ocsmány ⁶ bűn ⁷ Üdvözítő, Megváltó ⁸ Jeruzsálem
⁹ baj nélkül ¹⁰ jót tesz ¹¹ bejár ¹² sőt ¹³ fel-
támaszt ¹⁴ ügyes ¹⁵ varázsló ¹⁶ hűz valakihez
¹⁷ támogat ¹⁸ felebarát ¹⁹ kifejez ²⁰ találkozik ²¹ tu-
dakozódik ²² elbűcsűzik ²³ szemtől-szembe ²⁴ sza-
kadék ²⁵ eszerjés ²⁶ rárohan ²⁷ szembeszáll ²⁸ meg-
fut ²⁹ husáng ³⁰ daganat ³¹ folytat ³² szikla
³³ öszvér ³⁴ elájulva ³⁵ elér ³⁶ elalélt ³⁷ lehüt
³⁸ ajak ³⁹ megnedvesít.



Thomas Alva Edison.

(1847—1931.)

A. d. XV. Cal. Nov. cessit vita Thomas Alva Edison, unus omnium, qui usque ad hoc tempus rerum, quas invenerunt novitate miraculisque de genere humano vel optime meriti sunt, praeclarissimus.



Maximam partem inventionum, quae in rebus electricis familiam¹ ducant,¹ cum nomine eius esse arctissime² coniunctam, quis ignorat? Seriem profecto haud enumerabilem machinarum invenit, quibus suae aetatis hominum vitae suavitati commodisque consuluit iisque sibi nominis ac laudis aeternam gloriam meruit. Tanta est enim meritorum eius in genus humanum magnitudo.

Quibus autem verbis talis ac tanti viri, omnium, qui umquam fuerunt, aut sunt,

aut etiam erunt, inter optimos clarissimi beneficia ac laudes percenseamus,⁴ hercle, haud reperimus.

Parentibus praematura morte absumptis puer vix decimum annum agens venditandis⁵ ephemeridibus sese sustentavit. Quae ut commodius celeriusque venirent,⁶ consilium cepit, ut eas in itinere, dum curru⁷ vaporis⁷ vi⁷ acto⁷ veheretur, venderet. Brevi iam ipse ephemeridem conscripsit loculoque in curru accepto nuntios, quos in stationibus urbium percepit, suis typis, suo labore exscripsit.

Interim autem assiduo studio ac labore in libris haerebat,⁸ qui artem chemicam nec non physicam docebant. Annos XXIII natus mira arte rationem invenit, quomodo scilicet essent perferendi nuntii per telegraphum, dum hi ultro citroque uno eodemque filo⁹ aëneo⁹ mitterentur.

Anno MDCCCLXXXVI. machinam, qua vox humana describi et immortalis reddi posset, invenit, paulo post etiam lampadem electricam candentem,¹⁰ cuius vi mirā discrimina locorum ac temporum sustulit.¹¹

Haec et hoc genus alia noster ingeniosa animi sagacitate¹² invenit, quibus aere perennius monumentum certe sibi exegit. Memoria eius Libitinam¹³ vitans¹³ vigebit usque per seriem saeculorum immensam.

*

Arturus Schnitzler, unus e scriptoribus Austriae illustrissimis, aetatis anno undeseptuagesimo Vindobonae vita cessit.

Longa est series fabularum¹⁴ Romanensium¹⁴ et poematum dramaticorum, quibus sibi vir singulari ingenio maximam paravit gloriam.

E fabulis Romanensibus notissimae sunt: «Via, quae ad libertatem fert» et «Virgo Else», e dramaticis autem «Amores» et «Chorea». Opera eius magna ex parte etiam in sermonem nostrum convertebantur.

Vitam vivebat scriptor beatissimam: ingeniosa eius ars laudata, probata¹⁵ amplexataque¹⁶ ab omnibus, etiam ab exteris erat, cum autem talis tantusque ad sunnam senectutem pervenit, de vita migravit, usque fama gloriaque fructus, quam merito, iusto iure nactus est.

1 korszakot alkot 2 szoros 3 kényelem 4 felsorol
5 elad 6 elkel 7 vasút 8 buzgón tanulmányozta
9 huzal, drót 10 izzó 11 megszüntet 12 éleselméjűség 13 a halált elkerüli 14 regény 15 elismer 16 felkarol.



In insula Cypro, quae nunc Britannorum est colonia, indigenae¹ Graeci patriae amore flagrantis facta seditione cives Britannos, dominos suos male² tractabant.³ Permulta salis³ horrea³ granariaque⁴ ab incolis spoliabantur et adurebantur. Curatores⁵ rerum⁵ in insula Britannicarum seditionis comprimendae causa sacerdotes, ductores principesque incolarum in custodiam dederunt.

Insula iam antiquissimis temporibus nobilissima erat. Ad ortum occasumque Ciliciae ac Syriae obiecta Cyprus quondam Ionum et Dorum erat sedes. Aliis nominibus tunc temporis *Acamantis, Cerastis, Aspelia, Amathusia, Macaria* etc. vocabatur teste Plinio. Notissima urbs insulae *Salamis* erat, a *Teucro* condita, qui urbem de nomine antiquae patriae appellavit. Ibi exulabat⁶ *Conon*, dux Atheniensium, postquam patriam bello amisit.

Insula Veneri dicata⁷ iam olim fertilissima erat frugum, arborum et vini, tamen notissimae erant fornaces⁸ eius aerariae⁹ et officinae.¹⁰ *Aes Cyprium*, alio nomine: *chalcitis*, ab insula traxit nomen.

1 bennszülött 2 bántalmaz 3 sóraktár 4 magtár
5 hatóság 6 számkivetésben él 7 szentelt 8 kohó
9 réz 10 műhely.



Iocosa.

Materfamilias ira accensa ollam¹ in caput ancillae incussit. Ancilla ad medicum currit, qui vulnera sua recognosceret litterisque² documentum² iniuriae suae sibi illatae daret².

«Numquid tibi dolet?» — interrogat eam medicus. — Ancilla rem minuatim³ enarrat.

Medicus caput ancillae scrupulosa⁴ diligentia⁴ contemplatus:⁵ «Mehercules — ait illi — durities⁶ capitis tui sane mirabilis est. Nusquam enim vulnus, sed ne rasum⁷ quidem in capite offendo.»⁸

«Sed aspice velim ollam, in partes minimas diffractam» — respondit illa indignabunda.

Syngraphus⁹ falsus.

Vectorum¹⁰ syngraphos publicus¹¹ recognoscit. Qui cuidam vectori: «In tuo libello⁹ — inquit — scriptum est te calvum¹² esse. Isti capilli fallaciam tuam facillime retegunt.¹³ Hic syngraphus falsus est»...

Viator comas¹⁴ ementitas¹⁴ de capite detrahens calvitiumque suam monstrans: «En documentum triste — ait — quod fidem syngraphi manifestam arguat!»¹⁵

Carolus Tilly.

1 fazék 2 láttelelet ad 3 apróra 4 figyelmes gondossággal 5 megvizsgál 6 keménység 7 karcolás
8 talál 9 útlevel 10 utas 11 hatósági személy
12 kopász 13 elárul 14 paróka 15 bizonyít.

LUDI UTRIVSQUE SEXUS IUVENTAE.

Nummus fascinatus.¹

In coetu² puerorum et puellarum Paulus e marsupio³ crucigerum⁴ sumpsit et: «En videtis, inquit, me tenentem altera manu crucigerum, altera autem hunc petasum.⁵ Attendite! Crucigerum nunc in mensa pono et hoc petaso detego... Sic... Et nunc pignore⁶ vobiscum⁶ certo⁶ nummum a me sublatum iri de mensa, dum petasum ne digito quidem tangam.»

Omnes, qui aderant, rem nullo pacto fieri posse arbitrabantur. Sed Paulus poculo e scrinio⁷ sumpto: «Nummus in hoc poculum — inquit — arte⁸ magica⁸ per mensae tabulam transibit. Modo, modo attendite! Hoc⁹ enim primum⁹ est!» Et poculo subter mensam ad tabulam verso, varia fascinationis¹⁰ verba¹⁰ murmurans alium nummum in poculum condidit.

Quo facto: «En videtis, dixit ovans, crucigerum in poculo.» Multisque rei miraculum admirantibus, quia falsimoniam¹¹ Pauli non animadverterunt, nimisque diligenter inquiringibus in rem, quo modo nempe nummulus in poculum transire potuisset, Margaretha petasum¹² suspicata,¹² e medio sustulit eum ovansque nummum digito monstravit.

Tunc Paulus impiger crucigerum de

1 elvarázsolt 2 társaság 3 erszény 4 krajcár
5 kalap 6 fogadóK veletek 7 szekrény 8 bűvös erővel
9 ez a legfőbb! 10 varázsige 11 csalás 12 gyanúba vesz valamit.

mensa sustulit subridensque: «Gratias carissima,» adiecit, «quod mihi adiumento fuisti.»

Margaretha indignabunda: «Ecquid¹³ nummus per mensam in poculum ivit?» Motoque diutius capite: Fallaciam tuam non sola sum, quae vidi. Tu alium crucigerum in poculum condidisti.» «Ita, ita,» dixit male¹⁴ salsus,¹⁴ «tute optime rem observasti, tamen noli oblivisci id me tantum dixisse vobis, nummum a me sublatum iri de mensa, dum *petasum* ne digito quidem tangerem.»

Pueri et puellae et Margaretham et falsificum¹⁵ laudantes in cachinum¹⁶ effusi¹⁶ sunt.

Felicianus Gondán dr.

¹³ talán ¹⁴ gonosz kópé ¹⁵ mókás ¹⁶ hahótára fakad.

Solutiones aenigmatum «Supplementi» ad Num. 1—2.

I. *Series directae*: 1. Hector; 4. Aeneas; 7. Ubi; 8. Rector; 9. Annius; 10. Ros; 13. Vas; 15. Suos; 17. Ara; 19. Baro; 21. Apage; 22. Maro; 25. Ito; 26. Ursa; 29. Ibo; 30. Ita; 33. Anguis; 34. Samnii; 35. Tui; 36. Aerope; 37. Sursum. — *Series libratae*: 1. Hermus; 2. Cicero; 3. Rura; 4. Ajax; 5. Elissa; 6. Sisapo; 11. Os; 12. Erato; 14. Ab; 16. Uva; 17. Api; 18. Ago; 20. Res; 22. Mylasa; 23. Ringor; 24. Ob; 27. Ramnes; 28. Actium; 31. Iste; 32. Isis.

II. *Fistula, labrum, aptus, Mithridates, Ithaca, nummus, Ister, ulula, Sisyphus = Flaminius.*

Aenigmata recte dissolverunt: *Paulus László, Tiburtius Zöhls* (Budapest), *Lad. Pichler, Norbertus Karg* (Pécs), *Lud. Heggi* (Veszprém), *Rud. Orbán* (Budapest), *Rud. Kancz* (Szombat-hely), *Tiburtius Rachl* (Köszeg), *Petrus Bauer* (Budapest), *Adalbertus Füleky* (Veszprém), *Martinus Stang* (Pécs), *Livia Halász, Georgia Szilvássy, Tib. Zöhls* (Budapest), *Col. Nagy* (Jászberény), *Franc. Nedermann* (Szomód). — **Praemium** Liviae Halász, Adalberto Füleky et Tiburtio Rachl sorte adiudicatum est.

AENIGMATA.

I.


- 1, 2, 5 = in puteo est
 9, 10, 11, 16, 12 = pars corporis
 18, 10, 6, 7, 8 = pars sacri divini
 14, 13, 15 = adverbium
 15, 16, 17 = animal noxium, omnia corros
 dens
 4, 19, 18, 16, 20 = stagnans aqua est
 17, 3, 18 = adverbium
 1—20 = proverbium.

(Köszeg.)

Tiburtius Rachl
 disc. V. cl. gymnasii realis.

Budapestini, ex officina consortii Stephanei. — Rector: F. Kohl.

II.



Singulae areolae syllabis expleantur, quibus 10 syllabis 14 vocabula efficiantur: 1—2 = urceus, 1—3 = animal saevum, ungue minax (in dativo), 2—3 = cognomen poetae, qui erat decus immortale Parnassi Latini, 2—4 = supinum verbi, 4—5 = altaribus feruntur, 3—5 = oppidum Volscorum, 5—7 = adverbium, 4—6 terribili cantu pugnas ciet, 6—7 = stupidus, bardus, hebes etc., 7—9 = flos Veneri sacer, 6—8 = fructus olivae, 8—9 = mapalia, tugurium, 8—10 = voces cantu inflecto, 9—10 = salutem do, medeor.

Epistolia Officialia.

Tib. Rachl: Aenigmata tua iam huic numero inserui. — *Franciscus Barát*: Opuscula tua prodibunt. Spatii tantum angustiae prohibent, quominus plura ex tuis in hoc numero communi- cem. Navitatem industriamque tuam laudo. — *Aristides Turopoli*: Tua in edendis posita sunt. — *Ludovicus Csizmazia*: Pars opusculorum communicabitur.

Moderator ephemeridis EUGENIUS FRAY DR.

Budapest, I., Verpeléti-út 22.,

ad quem epistulae et manuscripta mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi- scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén. (Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)